

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Sacra anaphonesis per viginti quatuor offertoria de
tempore et sanctis in 2 partes distributa**

Rathgeber, Valentin

Augustae Vindelicorum, 1726

Ad Philomusum

urn:nbn:de:bsz:31-36492



VIXI CANTOBO XOBNI Ad Philomusum.



FFertoria offero tibi Benevole Philomuse viginti quatuor, quasi totidem citharas, quibus viginti quatuor Seniores Apocalyptic cantabant Agno immaculato canticum novum. Ut tu iisdem glorifices, laudesque Viventem in Sæcula Sæculorum. Apocal. 5. v. 7. & 8. Si hanc meam secutus fueris intentio-
nem, aggratulabor labori meo; cui minimè alias (quàm vehe-
menter etiam Bibliopola, pluresque Musices Amatores compule-
rint magis, quàm rogârint) manum admovissem. Utere ergò iis
ad Dei gloriam tam in festis Domini, quàm Sanctorum, eaque
producendo tuum benè instrue Chorum Vocalistis, Chelistas du-
plica, uno ad minimum concomitante Violoncello. Tubas, vel
Cornua ex diversis clavibus ad libitum adhibenda censui, ut nec so-
lennitatibus desit applausus, nec ex tubarum defectu manca sit tua
Musica; quam si brevem optas, in finali ante ultimam Vocem So-
lam definas. Tuo id relinquo beneplacito; meaque Offertoria
benevolo accipe judicio: quod si forte nimis criticum foret, scito:
Nec pro crisi tuâ esse composita, sed pro Dei gloriâ; quæ si per ea
promoveatur, meus adimpletus scopus est. Critico placere no-
lo: Neque propterea, quia Critico displicant, omnibus displicant.
Ede tua, & illa non omnibus placebunt; Artificio etenim summo
Composita Musica non singulis placet: an propterea pretium per-
dit? Scilicet nihil est ex omni parte beatum. Consonantem Ego
meditatus sum harmoniam pro gloriâ Dei: Tu si plura in istis re-
quiras offertoriis, falleris omnino, quia Ego ipse plura meditatus
non sum. Si nec hoc sufficit crisi tuæ? quære tuo sapidiora
gustui; nec in video; sed opto, ut invenias,
& Valeas.



Index